

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Societas q
cum fonte primo

O felicem illum qui sic aliquem uereri potest ut ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem uereri potest, cito erit uerendus,

nisi ad regulam prava corriget.

Seneca ibidem (epistola XI.).

O felicem qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest cito erit verendus.

Elige itaque Catonem; si hic tibi videtur nimis rigidus, elige remissioris animi virum Laelium. Elige eum, cuius tibi placuit et vita et oratio et ipse animum ante se ferens vultus; illum tibi semper ostende vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant:

nisi ad regulam prava non corriges.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 11, 9-10 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.25-6, ll.24-27, 1-4).